

cibus^(a) solis statuas habere^(b) licebit, cum tamen in illorum gestis
 plerunque^(c) dominetur fortuna, in horum studiis minimum; ne-
 que enim in rebus ingenii ullum est ius fortune^(d); aut magis
 duces^(e) indigne ferent^(f) hunc honorem vatibus reddi, qui honorem
 5 et memoriam ex vatibus habent? absit. non enim dignum est
 ut, qui ducibus gloriam pariunt, illis duces suam inuideant gloriam.
 illud vero preterire non possum, quod Virgilius, quia gentilis fuerit^(g),
 indignus sit statua; simileque hoc michi^(h) videtur eorum rationi,
 qui, cum in templis Iudeorum gentiliumque imagines vident⁽ⁱ⁾ Chri-
 10 stum aut verberantium aut crucifigentium, oculos illis, ut queque^(k)
 iratior videtur, eruunt, truculentasque lictorum facies ex multa re-
 ligione pietateque deformant, quasi quidem^(l) in delendis imagi-
 nibus^(m) ac non magis in tollendis peccatis componendisque vir-
 tutibus meritum vite consistat. iam ergo⁽ⁿ⁾ et Pharaonis imagines
 15 et Pilati atque Herodis, itemque^(o) malorum demonum, quas tam
 horribiles quam^(p) pictoribus placet cernimus, templis avellende^(q)
 parietibusque delende erunt; Roma magnam ruinam sentiat oportet,
 in qua sunt tot vetustatis^(r), tot prisce religionis monumenta. sed
 si ita patiamur^(s), iubente eo, dirui omnia que ad christianam
 20 religionem non attinent aut ullo pacto adversa sunt, illud certe
 non patiemur taciti quod de Virgilio et ceteris poetis sentit, ac
 ne sentit^(t) quidem tantum sed et palam dictitat, poetas omnes et
 Virgilium cum ceteris histriones esse^(u). atque, ne^(v) lumen illud^(x)
 eloquentie latine inoffensum^(y) pretereat^(z), Ciceronem quendam cau-
 25 sidicum^(aa) et nugatorem fuisse ait, et horum^(bb) omnium artificium
 inanibus et sine ullo pondere verbis constare. hec est de poetis
 et de oratoribus^(cc) sententia. non est michi animus nunc mon-

E se ai duci si
 innalzano statue,
 tanto più ragione-
 volmente ai poeti
 che ne eternano la
 memoria.

Nega poi la statua
 a Virgilio, perchè
 pagano, imitando
 quei superstiziosi
 che mutilano le fi-
 gure de' crocefis-
 sori di Cristo di-
 pinte nelle chiese.

Ma allora biso-
 gnerebbe spogliare
 i templi di Roma
 di tutte le pitture
 che rappresentano
 Faraone, Pilato,
 Erode, e i diavoli.

E c'è dell'altro.
 Carlo chiama
 istrioni Virgilio e
 tutti i poeti,

e caudidico e mor-
 teggiatore Cicerone.

(a) *CAr Mur.* fortasse bellorum ducibus (b) *Mur.* haberi (c) *CAr VMur.* plu-
 rimum (d) *CAr V* vis fortune (e) *BPRGRaBp* aut magis dices *CAr V* aut magis
 duces *Mur.* an magni duces (f) *BPRGRaBp* fore *CMur.* ferent *Ar* ferrent *V* ferre
 (g) *V* qui fuerat (h) *Mur.* mihi hoc (i) *Mur.* viderint (k) *CAr VMur.* qui-
 cumque *R* quique (l) *BRA* quasi quod (m) *Ar Vom.* imaginibus (n) *Ar V* iam age
 (o) *BPC* item quoque *R* atque *Mur.* et (p) *RG* horr. quantum *Ra* orribiles pictores
 fingunt (q) *V* templis evellende *Mur.* tollendae (r) *Mur.* vetustates (s) *Ar V* sed
 sit ita ut *CMur.* sit ita. patiamur (t) *Mur.* sensit... sensit (u) *CAr VMur.*
 fuisse (v) *CAr Mur.* atque ut ne (x) *Mur.* aliud (y) *BRGBp* infensum *P* in-
 fessum (z) *P* pretearam (aa) *Mur.* cauid. quemd. (bb) *Codd. Mur.* alt. horum
 (cc) *CAr VMur.* poetis oratoribusque